



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Sect. 1. Ave Regina cœlorum, Ave Domina Angelorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

CANT. 7.

gradus in Templo trimula, cœlesti auxilio adjuva, ita ut tunc ei poterit illud dici: *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, ô Filia Principis.*

4. DOMINVS TECVM, correspondet Annuntiationi, qua Dominus tunc cum ea fuit speciali modo, mox ab eius humili responso, per personalem vitionem ad carnem ex ea assumptam: Dominus tecum, ô Maria, tecum in mente, tecum in ventre, & vero mysterijs fœcundissimo.

5. BENEDICTA TV IN MYLIERIBVS, correspondet Visitationi: sic enim à S. Elizabetha salutata fuit, & à S. Ioanne in vtero per os Matris loquente, quomodo & eam paulò antea Angelus salutarat eisdem verbis. Hinc & Festum illud quibusdam in locis intitulatur *Festum S. Mariæ de Gratia*, quia per illam gratia repletus est Ioannes & Elizabetha

6. BENEDICTVS FRUCTVS VENTRIS TVI, correspondet Festo partus eius, quando scilicet in medio Angelorum, cœlo & cœlitis eam benedicebant, Iesum peperit sine Virginitatis detrimento, quia sicut sine lesione & corruptione fructus ex arbore exoritur, ita Christus ex Virgine: & sicut decor est arboris fructus eius, ita & Mariæ decor est eius Filius.

7. SANCTA MARIA MATER DEI, correspondet Purificationi, in qua publicè apparuit Maria tamquam Mater Dei, quando diuinum suum Infantem presentavit cum gaudio & iubilo in Templo his qui expectabant redemptionem Israel: *Eccce veniens ad Templum suum Dominator Dominus.*

8. ORA PRO NOBIS PECCATORIBVS, correspondet eius in Cœlum Assumptioni: idem enim assumpta est, ut perpetuò interueniat & oret pro nobis miseris peccatoribus tamquam Mater, Mediatrix, & Advocata nostra: idem assumpta, ut nostræ salutis fideliter & amanter tractet negotia.

9. ILLUD, NYNCE ET IN HORA MORTIS NOSTRÆ, rememorare potest Festum Compassionis eius, & constantiam quam habuit iuxta Crucem in morte Filij. Per quam meruit assistere omnibus filijs Dei benedictis, in hora mortis, eosque ab insidijs demonis protegere, ac à mortis æternæ periculo liberare.

Propter hæc igitur omnia merito Ave Angelicum, cuius Gabriel Archangelus primam partem cœlesti mandato pronuntiavit, & auribus MARIE, utique eius, velut cœlestis melos, melique suave infudit, crebro et repetimus cum devotione, tamquam gratis auribus excipendum, si à mellius auctoris labijs prodierit. Coniungendum ergo est os nostrum cum Gabrielis ore, mens cum mente, reverentia nostra humilis cum eius reverentia humilitate, quando pronunciamus illud Ave. Sic enim non poterit repulsam pati, nec ingratum esse. Sic cum fiducia dicere illi poterimus: *Suavis illud Ave, peccatorum miserere.*

QVADRIGA MARIÆ
AVGVSTÆ.

TRACTATUS III.

PIE ELVCIDANS ANTIPHONAM
MARIANÆ LAVDIS,

Quæ canitur à Festo Purificationis vsque ad Pascha.

In gratiam Pastorum, & Concionatorum, ac Deiparæ Virgini piorum omnium, quibus dictum est:

Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. I
Ecclesi. 24.

INTRODVCTIO.

Ecclēsia congaudens, & congratulans Virgini Deiparæ, ante Thorum eius frequenter dulcia Cantica dramatis, ut in cordibus filiorum suorum foueat & accendat amorem erga eam, & venerationem candidæ pietatis. Illa autem Cantica, sive Antiphonas suave-sonantes, immutat verbis & modulis pro varietate temporum, & mysterio annua revelatione recurrentium. Interim ad eundem scopum tendunt, & in re ac significatione primaria conformitatem habent. A Pentecoste vsque ad Adventum Domini canit, *Salve Regina, Mater misericordiæ.* Ab Adventu vsque ad Purificationem, *Alma Redemptoris Mater.* A Purificatione vsque ad Pascha, *Ave Regina Cœlorum.* A Pascha vsque ad Pentecosten, *Regina Cœli lætare.* Sic in his Antiphonis sæpe repetitur hæc vox, *Salve lætare, Ave,* quæ idem significat, & renouat illud Ave Angelicum, quod olim Gabrielis ore fuit depretonum, ad excitandum gaudium indicibile cordi Mariæ, ob redemptionem generis humani, cui debebat ipsa cooperari electa ad hoc Mater Filij Dei. Istud nempe Angelicum Ave initium fuit gaudij ineffabilis, initium nostræ salutis, initium consolationis filiorum Adæ: idem tam frequenter repetitur, tamquam mel in ore, melos in aure.

Propterea etiam in hac nostra Antiphona bis repetitur AVE, bis SALVE; & rursus GAUDE ET VALE: quæ omnia voce diuersa, re sunt eadem, & nihil aliud significant, quam si diceremus: Tibi ô MARIÆ sit gaudium, & salus, id est, felicitas, victoria, honor, virtus, gloria. Tibi congratulamur, & congaudemus, ac obsequium humilis seruitutis, & venerationis offerimus.

AVE REGINA CÆLORVM, Sect. I.
AVE DOMINA ANGELORVM.

Itaque quando dicimus, *Ave Regina Cœlorum, B.V. Re-* idem est, ac si dicamus: *Aguoscerimus te, ô Virgo, gina Cœ-* tamquam Reginam potentem, non solum in *lorum.*
salo

salto & solo nostro, sed & in Cælo; nec solum in so-
 lo & Cælo, sed & in Cælis Cælorum; nec solum in
 Cælis materialibus, sed etiam in spiritualibus, de
 quibus scriptum est: *Cæli enarrant gloriam Dei, &
 in omnem terram exiuit sonus eorum.* Etenim MA-
 RIA Regina est dominans super ærem, & æreas
 Potestates, Regina est excelsa & dominans super
 sidera. Regina est Sole amicta, Stellis coronata, sub
 pedibus Lunam habens. Ipsa est Signum illud ma-
 gnum, sive magnum Miraculum, quod apparuit in
 Cælo, quodq; non solum S. Ioannes, sed & omnes
 in terra homines suspicere debent, admirari, vene-
 rari, & que in sæculum sæculi. Regina est, in Cælo
 Empireo assistens à dextris Regis omni decore glo-
 riæ circumdata. Regina est, regens & moderans
 Cælos animatos & spirituales, Apostolos, Marty-
 res, Confessores. Hi nempe sunt Cæli qui potissi-
 mum annunciant gloriam Dei, in quibus Deus ha-
 bitat & obambulat, quorumque fulget meritis, co-
 ruscet miraculis, fulgurat verbis, exaltatur enco-
 mijijs. Sic & Regina hos moderans, per eos mira-
 operatur, mirè magnificatur in his inferioribus,
 Rege sic disponente, sic volente, vt annuncient glo-
 riam non solum Regis, sed & Reginæ.

AVE DOMINA ANGELORVM.

Domina Angelorū & quare. **M**ERITO Maria Angelorum *Domina* vocitatus, quia Angelica natura est velut Ancilla illa, cui insit Regina Esther Maria innitur præ dolijs; sicut humana natura est altera Ancilla, quæ eius colligit vestimenta, interprete S. Bonaventura, hoc est, eius virtutes & exempla. Sicut ergo nos eam NOSTRAM DOMINAM per excellentiam nominamus, in omni seculi gente & omni idiomate ita & Angeli eadem nomenclatura eam possunt hono- rare. Hoc tamen supra homines habent, quod ipsi sunt pater & filii huius Reginæ & Domine eam honoris gratiam semper circumstantes, & eius iussu exequentes. Hi sunt filij Dei primogeniti, im- migrantes eorum semper circumstantes, & eius iussu exequentes. Hi sunt filij Dei primogeniti, im- migrantes eorum semper circumstantes, & eius iussu exequentes. Hi sunt filij Dei primogeniti, im- migrantes eorum semper circumstantes, & eius iussu exequentes.

Hanc vt Angelorum Reginam agnouit S. Gabriel Archangelus annuncians ei dignitatem Matris Dei, quam conuequebat hæc dignitas Regi- næ Angelorum & hominum. Quapropter nonnulli censent eam flexis genibus ab ipso salutaram, quam formam piæ quædam animæ imitatz legun- tur, quæ quoties inchoabant Salutationem Ange- licam, sive Rosarium recitando, sive officium alti- ud piæ feruitus Mariæ Deiparæ offerendo per frequentem repetitionem Salutationis Angelicæ, quæ & ipsa mystica erat Scala, per quam Angeli ante Deiparæ imaginem genua flectere solebant. Ita traditur de S. Margareta Hungarica, & de S. Maria Ognitica, quæ per plures horas solita fuit offerre Vngui Salutationes Angelicas maximo numero, semper tamen inchoans flectebat genua honoris scilicet & deuotioris gratia. Tradunt quo- que Monumenta Congregationis S. Georgij in Al- ga in Hispania, illos qui eius auctores fuerunt a Beata Virgine Maria accepisse, Gabrielem Archangelum integras nouem horas in hac legatione apud Vir- ginem persistisse, ac si ob incredibilem Virginis modestiam, & maiestatem plusquam humanam & ob diuini Verbi carne induti præsentiam, in admi- rationem raptus discedere nequiret. Quod forte indicat Evangelista his verbis: *Et discessit Angelus ab ea.* Videtur in dicere eum rerum nouitate & ma- gnitudine obstupescitum sic hæsilisse in conspectu Reginæ Angelorum, vt aveli nequiret, donec eade- dem te exigente, quodammodo tamen inuitata loco discessit.

Hanc quoque Reginam & Dominam suam agnouerunt Angeli, in Nauitate Filij eius conce- nentes, *Gloria in excelsis Deo: agnouerunt enim ei- us Filij forer Marci, Regis Regum, Regis celo- rum & Angelorum.* Au non tunc merito poterant illi occurrere illud, *Aue Regina Cælorum, Aue Do- mina Angelorum, Salue radix, salue terra, ex qua mundo lux est orta?* Nempe claritate ab ipsa prode- uante circumfusi tunc canunt Angeli. Tunc quoque tamquam Radix sancta, & tamquam Lilium florè suum germinans geminabat inter Lilia cælestia, laudans & lætabunda, prout decipherat ohm Pro- pheta Isaias, c. 35.

Illi etiam Angeli Dominam suam agnouerunt, qui eam cum puero Iesuy direxerunt & direxerunt in Ægyptum, cerneatibus simulacris tenebrosis, illic primicias lucis illatum. Illic enim comites habu- it Angelos, tamquam pedes quos honoratos, vel viæ duces, haud dubium est, cum & Ang- lus Iosephum monuit de hoc accipiendo itinere, & illic commemorando. *Vsquequid dicam tibi,* inquit An- gelus. Ergo & in hac prot. ctione dicere ei possu- mus: *Aue Regina Cælorum, Aue Domina Angelo- rum, Salue terra, ex qua mundo lux est orta.* Licet eam peregrina viderat, & in solum alienum tran- migrate coacta: aramen illic Solem & lucem in- uenit celestem. Ægypti tenebras fugatiam: col- lumq; obambulat mentis lanternam calceat, ab An- gelis alleclis honorata etiam in Ægypto.

Angeli quoque illi, qui Filio agenti in hac vita mortali continuo assisterunt, ad audiendam vocem sermonum eius, & ad faciendam voluntatem eius, non ignorarunt hanc sicut sublimem Dominam & Reginam, eiusque etiam fuere negotio adu. chis- simi & promptissimi. Amen, amen dico vobis, vide- bitis caelos apertos, & Angelos Dei ascendentes & descendentes super Filium hominis. Et quis eos vidit prius aut potius quam Maria Angelorum Domina, quæ & ipsa mystica erat Scala, per quam Angeli ascendebant & descendebant? et iterum: *Accesse- runt Angeli, & ministrabant ei.* In deserto parum ministrabant ei post ieiunium quadragenarium. Et vnde ille panis aut cibus de promptis? Ex Ma- riæ scilicet Matris suæ cella. Hæc ergo Filio suo per Angelos quodammodo ministrabat, quam & illi

WANTIG

illi maximè venerabatur tamquam Dominam suam, & Matrem Domini sui. Sic etiam Angeli apparuerunt ei in resurrectione & ascensione Filij sui, & cum honorantur vt electam Dei Matrem, & cælorum Reginam. Vbiq; ergo in Filij & Matris mysterijs decantari potuit illud: *Ave Regina cælorum, Ave Domina Angelorum.*

Sed & specialiter illud decantant Angeli occurrentes in Assumptione sua ad Thronum Filij, & in coronatione cælesti, quando à Patre in cælis publicè honore ineffabili declarata fuit cælorum Regina, & Angelorum Domina; ita vt tunc censeatur & illud perfectè adimpletam, sicut & prius in eius Filio: *Adorem eum omnes Angeli eius.* Quapropter & ipsi eam agnoscentes & honorantes, tunc tumultum eius circumdederunt cum harmonia cælesti, donec corpus animæ reunitur & allumeretur in gloria.

Heb. 1.

Festivitates B. V. ab Angelis promulgata.

Nec hic silentio involvendi illi Angeli, qui eius Festivitates populis fidelibus promulgarunt, vt secum Reginam & Dominam suam celebrarent & exaltarent. Sic Festum Nativitatis Virginis antea in Ecclesia ignotum Angeli promulgarunt, & celebrandum indicant, dum quotannis cælestem melodiam intonant octava die Septembris & in aures Sancti cuiusdam Anachoretæ illam resonantem, vt ipse Interpres & Prætor fieret cælestis huius gaudij, & divinæ voluntatis, quæ simile Festum in terris decernendum ordinabat in honorem suæ Matris.

Sic & prope Urbem Suiffionis in Gallia, audit sunt Angeli in die festivo Assumptionis Mariæ solemnè musica decantare: *Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima.* Quæ quidè cælico cantu docebat, quasi gaudio allumptæ Virg laudes forent celebrandæ in terris, quas sic Angelici spiritus decantant in cælis, vt alibi fufius ex Thoma Cantiprato retulimus.

Quod si Historias Ecclesiasticas percurrere velimus, invenimus frequenter gloriam Mariæ, & eius laudes à cælestium Spirituum Choris promotas fuisse apud homines; vt obsequium piæ servitutis Regiæ suæ tam Angeli, quam mortales sedulo deferret, quasi illud crebro consonantes in eodem Choro cum cordis iubilo, *Ave Regina Cælorum, Ave Domina Angelorum.*

Sic ab Angelis illud Canticum didicere homines: *Regina Cæli letare, Alleluia.* Quod ipsi concinuerunt, dum grassante luce pestifera, Imago Deiparæ Romæ deferretur in supplicatione tempore S. Gregorij. Quibus ipse cum Choro suo accinuit, & addidit, *Ora pro nobis Deum, Alleluia.*

Sic S. Franciscus plurimum diligebat Ecclesiam dictam Sanctæ Mariæ Angelorum. In illa nimirum sæpè audiverat Angelos ante Thronum Virg frequentantes dulcia Cantica dramatica. Ibi etiam spiritum hauserat perfectionis, apparente sibi MARIA in medio Angelorum. Frequentans ergo & ipse hanc Ecclesiam titulo Sanctæ Mariæ

Mariale,

Angelorum decoratam, meritò illud poterat oris & cordis labijs benedictionibus repetere: *Ave Regina Cælorum, Ave Domina Angelorum.* tum ob pietatem erga Deiparam, tum ob devotionem erga Angelos sanctos. Ibi à Regina cælorum cæcis accepit medianibus Angelis duodecim in hyeme Rosas rubicundas, & duodecim candidas, quas Pontifici summo præferret: quibus duodecim sociorum eius Charitas & Puritas designabatur, in quos Spiritus primitias derivaturus erat, & toto Orbe suaevolentem sparsurus odorem. In illa quoque Ecclesia conveniebat eum pronuntiare illud: *Salve Radix salve Porta ex qua mundo lux est orta.* Ibi enim lucem mutavit per Virginem, tamquam Portam, toti Ordini suo, immò toti Orbi tenebricoso communicandam. Hinc & duplex aliud nomen huic Ecclesiæ attributum ab eo est, vt non solum vocaretur Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum, sed etiam Sanctæ Mariæ de Portiuncula, item, Sanctæ Mariæ de Porticula, & Porticella, id est, de Porta & Porta parva. Quod quidem diminutivè sic ex humilitate dictum est; nam ibi mox parvit Portus maximus, Porta maxima. Ibi lapillus crevit in montem, & Fons parvulus in immensum fluvium redundavit, immò in Solem & Cælum coarctatus est. Ibi Portiuncula terræ crevit in immensam hereditatem, & Radix minima extendit palmites suos vsq; ad terminos Orbis terrarum. Et hæc quidem omnia facta sunt cooperante Regina cælorum, Domina Angelorum.

Quid plura? Reginam hanc suam agnouerunt illi Angeli, qui creduntur eius domunculam (in qua fuit nata & à Sancta Anna nutrita, in qua & ab Angelo salutata, & à Spiritu sancto obumbrata Filium Dei concepit) transulisse à Nazareth ad Dalmatiam & Illiricos: deinde illinc abreptam vltimus in agrum Picenum transvexisse, in sylvam cuiusdam nobilissimæ feminae, cui nomen Laureta, vnde & Domus Lauretana dicta. Hæc enim ministerio Angelico peracta sunt, imperio tamen diuino, vt Cælorum Regiæ domicilium per cælos æreos super æquora veheretur, & loco destinato collocaretur, sicque & Regina Cælorum, & Domina Angelorum agnosceretur. Nam & talem agnouerunt arbores loco proxima sese inclinantes, & quasi reverentiam exhibentes domui huius Regiæ, in qua Rex Angelorum & hominum, Rex cæli & terræ, conceptus fuerat. Poterant itaque quicumque hæc viderunt, aut huius rei conficij fuerunt, inclamare, *Ave Regina Cælorum, Ave Domina Angelorum.*

Sic etiam (vt de vicinia nostra alij prid eloquantur) agnouerunt Reginam cælorum, & Dominam Angelorum, Angeli illi qui Imaginem Virginis à S. Materno S. Petri discipulo proprijs manibus delineatam, & in Templo à se extracto, & Virgini Deiparæ dicato Walcuriæ (Oppidum est Namurcense) collocatam, miraculisque celeberrimam dum ignis Templum absumeret, in sublime tran-

R

style-

Turcell. i. i. h. i. Lauretana.

Le Mona
stere du
Lardines
lez VVal
ceur.

fulerunt, cunctis videntibus: Columba quoque candida dictam Imaginem præcunte, donec in sub-urbano quodam hortu ab ipsidem posita est. Cum vero nulla arte transferri posset, Theodoricus loci Regulus votum fecit se Monasterium in loco Hortu extructurum, quod hodieque extat, & sic Deo permittente Imaginem Walcuriam retulit. Ad eius autem adventum tanta conflavit frequen- tia, vt liberalitate peregrinorum magnificum sit extructum Templum, Collegio Canonicorum & Sacellianorum adductum. Ibi ergo iterum & iterum in clamarum est, *Aue Regina Cælorum, Aue Domi- na Angelorum.*

Postremò hic rememoremus Ecclesiam Romæ ædificatam diuina reuelatione in honorem B. Ma- riæ, & septem Angelorum primariorum, qui et as- sistunt sicut & Filio, de quibus Franciscus Mayr- nis Doctor Illuminatus scri. de creat. animæ B. V. ait: *Mater Domini dicitur habere septem notabiles Angelos, qui assistunt eius Throno.* Ecclesia ergo illa dicitur B. Mariæ Angelorum, hæc est, B. Mariæ si- pata septem Angelis Quam Pius IV. ob reuelatio- nes cuidam pio Sacerdoti factas, cum ceteri Cardi- nales Pontificaliibus indutus consecrauit solem- niter in honorem Sanctæ Mariæ Angelorum, & Titulo Cardinalitio ornauit, anno 1561. & illuc ex Ecclesia S. Crucis in Ierusalem transfuiti Monaste- rium Patrum Carthusianorum. Vide Cornelium à Lapide in Apoc. c. r.

Iaque in illis inhabitat Maria, & Mariæ devotio qui sunt de Iacob, & de Israel, non in his qui sunt de Elau, id est, reprobis. Illos amat, & vicissim illi ipsam amant, qui instar Iacob omni studio in hoc studio luctantur contra viria, contra mundum, carnem, demoneum; immò pro Deo contra Deum, ad extorquendam cum lachrymis benedictionem. In illis habitat & miræ radices, qui sunt de Israel, sicut & de generatione quærentium faciem Dei. Hi sunt electi, de quibus et dictum est: *Et in electis meis misce radices,* de quibus & ipsa dicit: *In Sion firmata sum, & radiceam in populo honorifica- to.* Quapropter & ipsi ei ex imo cordis affectu occurrunt: *SALVE RADIX SANCTA.* Et cum lob sibi congratulatur: *Radix mea aperta est iuxta aquas.* Nempè hæc radix non est aperta, sed aperta, nec fixa in arido solo, sed in celo, nec infuscanda est & sterilis, sed fugit in copia aquas diuini fauoris de Paradiso, quas ramis communicat, vt frondes, flores, fructusque profertant cum odore & iucunditate.

Certè Maria vbi pietatis dignatur iacere radices, mox ibi rami foecundi exurgunt, & sibi videre est omnis generis proceras, & speciosas fugiferas arbores, in cælum vsque caput tollentes; & simul medicas odorem quaquaversum spargentes humiles arbutulas cum aromaticis. Propterea dicit de se, *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano, & quasi Cypressus in monte Sion: quasi Palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio Rose in Iericho: quasi Oliua speciosa in campo, & quasi Platanus exaltata sum iuxta aquas in platanu.* In arboribus cæli, pulcherræ, præstantes, preciosæ, & lacteæ. Nam ex cæto, cypresso, palma, olea, fauiscatum est Templum eiusque vasa immò vt voluit aliqui etiam Crux Christi ex illis fuit compacta. Hæc arboribus præstantibus & facis comparatur Maria, & S. Maria de voti sunt Arboris huius veluti rami. Comparatur inquam, ob varias perfectiones in ipsa eminentes, & mylli- cæ ac Symbolicæ in his arboribus designatas. Cæto convenit immortalitas, cypressi cælitudo, Palmæ præstancia, Platano inuenditas vmbra, Olive pretium olei, Rose odoris gratia, Maria autem conuenit longè alia cælitudo & immortalitas quam Cæto, longè alia rectitudo quam Cypresso, longè alia victoria quam Palmæ, longè melior vmbra & protectio quam Platano, longè gratior odo quam Rosa, longè aliud pretium quam Olive. Sed viter rectitudinem iustis, victoriam oppressis, vmbraem & protectionem afflictis, æternitatis odorem deuotis, misericordiamque oleam omnibus. Verè, ô Maria, tu es arbor cælestissima, rectissima, pretiosissima, quæ in agris consurgis veritæ per gratiam excellentissimam, & stabilis semper consistis mole, ob humilitatis radicem profundissimam. Arbor es rectissima & imperturbabilis, carens omni curuitate & nodositate peccati; sine corruptione aut cane concupiscentie, in tua semper perdurasti integri- tate.

WANTIS

Sacr. II.
E. V. r. a.
dix San
ditatu.

SALVE RADIX SANCTA.

Im legebatur & cantabatur, *Salve Radix sancta*, pro eo quod nunc habemus, *Salve Radix, salve Porta.* Vtique Deipara Maria Radix est omnis sanctitatis, ex qua non solum Fructus illi oriuntur, de quo Angelus: *Quod ex te nascetur, san- ctum vocabitur;* sed etiam omnis sanctitas & pietas, quæ in terris reperitur, ab illa & per illam procedit, ac in illa radicatur. Atque hic verum est illud Apo- stolici: *Si Radix sancta, & Rami,* quia humor radica- lis & viuificus sanctitatis à Iesu & Maria procedit, tamquam à Radice in ceteros electos quasi Ra- mos; & supernè ascendens eos viuificat & sanctifi- cat, floridisque & fructificantes efficit. Propterea etiam dicit sibi dictum coelitus ab eo qui habitauit in Tabernaculo suo: *In Iacob inhabitata, & in Israel hereditata, & in electis misce radices.* Quali dica- tur ei: *Israel sit possessio tua, ô Maria, sit tua heredi- tatis & portio dilecta, illi scilicet veri Israelitæ, quos tibi & mihi in populum dilectum elegi.* In illis electis radicare, & immittre radices fidei, radi- ces humilitatis, & veræ pietatis, radices puritatis, & deuotionis, amoris, sanctitatis, vt fructum ferant copiosum, & plenum. Sicque in plenitudine Sancti- rum sit deuotio tua; in pleno scilicet cæto Sancto- rum sit radicatio & habitatio tua, vt ibi honorifi- ces à populo, quem Deus honorificauit, & in hæ- reditatem ætatem sibi elegit.

Rom. 17.

Eccl. 2. 4.